



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXVII. Acies instituenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Cuppa col-
ligatis tra-
sunt.

nis & vlua fecerunt, ut illis arma imponerent equi-
res, ipsi natando transibant. De cuppis Appianus l. 8.
Sed magna lignorum ac nauigiorum penuria, qui-
bus inter se iunctis pontem fabricaretur: nuncia-
runt quidam esse permultas in agris illis de-
sertis inanes cippas, forma rotunda, quibus incolae
essent ad nauium similitudinem concauae, deuinctae
mox inter sese, scapharum more innatae videban-
tur. Etenim ite pessum vinctis inter se constrictae, ac
viminibus insuper injectis, & puluere multo fabura-
tae, non poterant, quod vbi factum est, facile milites
in vltiorem ripam transgressi. Et Lucanus libr. 4.

noua furta per aquor

Exquisita fuge, neq. enim de more carinas

Extendunt, puppes, leuant: sed firma gerendis

Molibus in solito contextunt robora ductu.

Namq. ratem vacua sustentant vndiq. cuppe:

Quarum porrectis series constricta catenis,

Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.

Pontes etiam faciebant ex vtribus, ne interdum ne-
cessario in itinere exercitus fluuiorum (quod ple-
rumque euenit) cursus impediatur, remedium ad hanc
rem, & compendio facile, & vbi praeipuum reperit
ingeniosa necessitas, quod tali ratione componitur.
Vitulinis pellibus Arabica arte mollitis: est enim apud eos pra-
cipua confectionis cura, propter aquam de puteis follibus hau-
riendam: his igitur, ut dictum est, diligenter sutis, ut
res in magnitudinem trium semis pedum, ita ut cum
idem vtres spiritu inflati tumuerint, non extollant
vtrum, sed aequalitate quadam plenitudo ipsa vtrius
spatia plana perficiat, ex quorum lateribus, loris sub-
ter annexis, inuicem colligantur. Desuper autem vna
parte circuli extantibus, & ex altera immittuntur
vincini. Erit in formam pontis ad sociata partib. ex-
plicatur integritas. Sed hoc idem opus obliquo flu-
uio, propter impetum meatus, facilius vsque ad alter-
ram explicabitur ripam, q. fixis in vtraque ripa ferreis
palis & funib. validis in medio quidem sub ipsis vtri-
bus, propter incedentium sustentendum pondus, in
marginibus autem firmitatis gratia desuper extensis,
transseundi per fluuium nouo quodam, & peregrino
itinere apparatu, intra breue temporis spatium, pra-
bebit liberam facultatem. Admonendi praeterea su-
mus, quod super vtrum compaginationem cilicia
sunt incedentium subternenda velligijs, ne lubrica pel-
lium confectio insistenti deneger firmitatem. In v-
traq. tamen ripa erunt manubalistae dispositae, ne ho-
stilis manus pontem operantib. impedimento con-
sistat. Mithridatico bello sic Cyzicum seruauit Lu-
cullus. Flor. l. 3. Sed fiduciam, oppidanis resistendum
fecit. Docens aduentare Lucullum, qui horribile dictu, per me-
dias hostium naues vire suspensus, & pedib. iter ad gubernans,
videntibus procul, quasi marina pistrix euaserat. Quin &
Cajus Caesar innixus vtribus saepe nuncios de se pra-
uenit. Lusitanos ait Caesar sine vtribus ad bellum non
ire, l. 1. bell. ciuil. & Liuius de Hispanis, l. 30. qui et-
iam in vtres vestimenta conijciebant. Scutis alij vte-
bantur. Lycij sub aquis per Xanthum nando clam in
vrbem redibant. Brutus eos retribus excepit. Tutior
modus est monoxyla facere seu lintres ex vno ligno.
Caesar in Britannia & Hispania vsus, Liu. l. 30. Amm.
l. 14. & 24. Scaphas etiam secum vehabant, ita Julia-
nus in Perside, Ammianus l. 14. Semiramis solutiles
naues habet, & camelis vexit, Diodor. l. 3. Monoxylis
etiam pontem imposuit Alexander Imperator, cum
Rhenum transiret. Naues Caesar contra Sextum
Pompeium ex cratribus salignis fecit & pellibus
boum. Maxime oriri solent in transitu praelia. Ca-
sar libr. 2. de bell. Gall. Acriter in eo loco pugnatum
est, hostes impeditos nostri in flumine aggressi, ma-
gnum eorum numerum occiderunt. Per eorum cor-

pora reliquos audacissime transire conantes multi-
tudo telorum repulerunt. Primos qui transierant
equitatu circumuentos interfecerunt. Industria
quoque fugabant hostem praeci. Diodorus libro 29.
το δροσθασι μὲν οὐδ' ὀσμῆς, καλὰ μὲν ὀσμῆς, φαίβηται
ἐν αἰσῶνι, εἰς τὴν λυμῶν. ὅτι δὲ τῶν Πικαδίων
ταῦτ' ἐπὶ τῶν περὶ. ὅτι μὲν ἔχοντες ἀποσπασμένους
τοῦ αἵματος καὶ τῆς γλῶσσης, εἰς δὲ φορῶν τόξα, τὰς ἀπο-
σπασμένους ἐν τῇ περὶ, ἢ βιάσασθαι τοῖς αἰσῶνι
νέται.

Fortiter & iucunde Liburni cum vadosa loca ob-
fediissent, capitibus tantum eminentibus, fidem hosti
fecerunt altimaris, ac triremem, quae eos inteq.ueba-
tur, implicatam vado ceperunt. Portus, & ostia
fluminum obstrui solent. Transitus quocunque
modo obstruere didicerunt noistates. Hamburgi
catenis Albim obstruxit Waldemarus Dux Sleswi-
censis. Ponte Dantisci Stephanus Rex Polonia. Ve-
rum hic fluuij & loca circumstantia consideranda
sunt.

Egregium in
mari stru-
ragema.

CAPVT XXXVII.

Acies instituenda.

S. I. ROMANA acies antiqua, vni mihi videtur fa-
ne haud omnino commodè instituta fuit.
Liuius libr. 8. bellum inter Latinos & Romanos de-
scribens, indicat initio pugnasle iuniores, & infir-
miores. Fuit enim ciuili maxime bello pugna similis, adde
nihil apud Latinos dissonum ab Romana Republica, praeter
animos, erat. Primos hastatos in pugna statacia pu-
gnasse vult Lipsius, atque ita factum est; nam leues
milites praecurrebant: Velitum enim ratio non du-
cebatur. Causa cur non rectè institutam aciem pu-
tem, est; quia in prima acie fortissimi quique collo-
candi sunt, ut primo impetu hostem sternant aut ter-
reant. Duo enim incommoda sunt huius aciei, pri-
mum, quod ciuium juniorum male armatorum cla-
de bellum inchoatur, illi enim victi, retro cedebant,
nec sine clade vincebantur, nec sine summa necessi-
tate locum deferere, & recipere seie poterant; cum
deserenti locum, mors poena esset. Alterum incommo-
dum, quod hosti animus cresceret, cum velites
hastatosque profligasset, eo fortius insisteret. Certo
bello Latino, vbi vtrunque eadem acies, apparuit
potuisse facile eos vinci, si fortes initio oppositi fuisset
infirmitas. Nam cum Manlius accensos procur-
rere iussisset, Latini suspicati, Triarios esse, eo quod
post Triarios locati essent, ipsi quoque suos excita-
runt, qui atroci pugna dum vincunt Romanos, pel-
luntque, fatigati sunt, hastis fractis aut hebetatis, in
quos demum Triarios immisit Manlius, vicitque.
Quod si cum accensis eos emisisset, multos ciuium
seruasset, quos eousque occidi, & vinci permisit,
dum hostis fatigatus, integris opportunus esset.
Quanta verò caedes facta sit, non falso narrat Numi-
sius Latinorum Imperator, afflicta, communem ve-
rò Martem belli, vtramq. aciem paricade prostrauisse, victo-
riaq. nomen tantum penes Romanos esse, ceteram pro victis
fortunam & illos gerere: funesta duo Consulium praetoria, al-
terum parricidio filii, alterum Consulibus deuoti caede truci-
dum exercitum omnem: casus hastatos, Principesque, stragem
& ante signa, & post signa facta: Triarios postremo rem re-
stituisse.

Romana a-
cies in parte
vitirosa.Romana a-
cies non op-
tima.Multo san-
guine vin-
cebant Ro-
mani.

Quod si initio rotis viribus obnixi essent, iuuen-
tutemque seruassent, Latini de bello reparando ne-
quaquam cogitassent: sed quod supra moui vi-
lem populum habuere Procures, nec exhausti pau-
perum multitudinem per bella aegre faciebant. Eo-
dem

Causa aciei
Romanae.

dem modo nunc Turcus in urbium expugnatione, & praelijs agit, imbellem enim turbam hostibus lacerandam objicit, donec fessis cadendo Janizaros immittat.

Graci optimos in prima acie collocarunt. Meam sententiam etiam antiquitas probavit; Homerus in media acie infirmos collocat, in prima & extrema fortes, optimo consilio, ut primo impetu frangatur hostis, ut medij inciderentur à primis, cogantur ab ultimis & fugere nequeant. Homerum autem ex prisca temporis usu loqui non est dubitandum, at ille fortes in principio ponit.

Ἰππῆες μὲν πρῶτα οὖν ἵπποι, ὅς τις φησὶ
Πέδης δὲ ἐξοπθῆναι ἐν πολέμασι καὶ ἐοχλῆς
Ἐρμῶν ἐμὲν πολέμοιο. κακὸς δ' ἐς μέσον ἔλασεν.

Equites, & currus in principio.

Equites quidem posuit cum equis & curribus in principio. Pedites à tergo multos, & fortes murum belli, infirmos in medium coniecit. Sanè equites, & curruum agitatores belli præcipua pars erat. Deinde ita olim apud Romanos fuit, ut ditissimi, qui iidem optime erant armati in prima acie versarentur, pauperissimi in postremis. Lipsius l. 4. de militia Rom. dial. 2. Nam de primâ cum censum & arma edidisset subiunxit: *χωρὸν δὲ κατέχον ἐν τοῖς πολέμοις τὴν περὶ ἀγῶνιζον μὲν τῆς φάλαγγος ὅλης*: locum verò in bellis habuit primum, & ante reliquam totam copiam. Iterum de secunda: *ἐκὸς μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀγῶνι, καὶ τὸς περὶ μάχης*: ordinabatur in acie post primos pugnatōres. De tertia pariter, *καὶ ἐν τῇς τέτταρ' ἐν ταῖς μάχαις καὶ τὸς ἐφεσώτας*. τοῖς περὶ μάχης: locus horum & statio in pugnis inexta eos, qui post Principes. De quarta denique: *ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἐν τοῖς ἀγῶνι, τὴν ὁσά τῶν*: locum in certaminibus ultimum habet.

Quid ergo Quinta Dionysii? τῇ τοῖς, inquit, ἐξ ὧν ταῖς ἐσχάτῃς σπῆται ἐσώθη: hos extra ordinem militare. Eadem & totidem ferè verbis, postea iterat in iudicio Coriolani. Quæ ego adduxi fusi, ut semel de origine & ordine militia prisca constet, & quomodo is paulatim mutavit. Ergo Sernij instituto, ditissimi quiq; in primâ acie, & hoc est, quod Varro Principes deducebat, & olim à principio gladijs pugnasse adseuerabat. Sequerebantur ordine opum alij, & in extremo denique ij viliores & pauperes, & qui leuibus telis pugnabant. Sed q. isti extra ordinem Quintiani? Accensi ex Liu. & qui iustus etiam miles non erat. Olim hæc ita. sed cum multa in eo ordine damnanda usus & ratio docuissent, tempore mutarunt. Quæ enim ratio, optimos ditissimosque omnes exponere periculis in primâ acie objectis? noluerunt, & Principes secundo loco statuerunt. Mihi fas sit cum veteribus sentire, atq; à Lipsio dissentire; non quod probem ordinem Sernianum, sed quod in prima acie fortiter pugnatores, non autem morituros esse locandos putem. In fine autem subsidium firmum in omnes velim casus reponi. Velites tamen sagittarios, funditores illis adderem, sed quos fortes illi in stataria pugna defendant. Posteriores Principes & hastatos mutarunt, Vegetius libr. 2. c. 20. In prima acie pugnantēs Principes, in secunda hastati. Et lib. 1. cap. 15. Prima acies principum, secunda hastatorum. Lipsius hoc sub Traiano aut Adriano cepisse vult. Optime sanè; jam enim ex aquo & bopo, non patritiorum libidine acies disponebatur, ordo verò ille quem historia exhibet post Reges ejectos fuit. Nunc qualiter instituenda sit acies, si pugna imminet, declaratur vnus legionis exemplo: quod si vlus exegerit, transferri possit ad plures. Equites locantur in cornibus. Acies peditum à primâ cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic cohors secunda coniungitur. Tertia cohors in mediâ acie collocatur. Huic annectitur Quarta. Quinta verò (cohors) sinistrum excipit cornu. Sed ante si-

Cæsares mutarunt aciem.

Ordo aciei veteris.

gna, & citra signa, nec non etiam in primâ acie dimicantes, Principes vocantur, hoc est, ordinarij, cæteri que principales. Hæc erat gravis armatura, qui habebant cassides, cataphractas, ocreas, scuta; gladios majores, quos spathas vocant, & alij minores, quos semispathas nominant, plumbatas quas positas in scutis, quas primo impetu jaciunt. Item bina missilia, vnum majus, ferro triangulo, vnciarum nouem, hastili pedum quinque (&c) semis, quod pilum vocabant, nunc spiculum dicitur, ad cuius jactum exercebantur præcipue milites, quod arte & virtute directum, & scutatos pedites, & loricatorum equites sæpè transfuerbat: aliud minus, ferro triangulo vnciarum quinque, hastili trium pedum (&c) semis, quod tunc verticulum, nunc verutum dicitur. Prima acies principum: Secunda hastatorum, armis talibus docebatur instructa. Post hos erant ferentarij, & leuis armatura, quos nunc auxiliares, & armaturas dicimus; scutati qui plumbatis, gladijs, & missilibus accincti, sicut nunc propè omnes milites videntur armati. Erant item sagittarij cum cassidibus, cataphractis, & gladijs, sagittis, & arcubus. Erant funditores, qui ad fundas, vel fustibales lapides jaciebant. Erant tragularij, qui manubalistas, vel arcubalistas dirigebant sagittas. Secunda acies humiliter armabatur: in qua consistentes milites, hastati vocabantur. Sed in secunda acie, dextro cornu, cohors sexta ponebatur: cui jungebatur septima. Octaua cohors mediâ aciem tenebat, nona comitante. Decima cohors in secunda acie sinistrum semper obtinebat cornu. Docet hoc Scipio insignis Imperator, cui & Lipsius consentit lib. 4. dial. 6. Scipio vsurpauit in Hispania, qui cum aliquot diebus obseruasset, sic structuram hostium aciem, ut optimi in medio essent, infirmiores in alis, ipse contra instruxit, & auxilia in medio posuit; ciues, & quod roboris erat, in alis. Denique quanti referat in prima acie fortes esse, duo summi Imperatores, Cæsar & Pompeius docuerunt. Cæsar in acie Pharsalica fortissimas legiones in principio constituit, ita ipse Cæsar superius institutum seruans, decimam legionem in dextro cornu, nonam in sinistro collocauerat, tametsi erat Dyrachinis prælijs vehementer attenuata, huic sic iunxit octauam, ut pæne vnâ de duabus efficeret, atque alteram alteri præsidio esse iussit. Cohortes in acie habebat octoginta, quæ summa erat XXII. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, mediâ acie Cn. Domitium præferat, ipse contra Pompejum constitit. Simul his rebus animaduersis quas demonstrauimus, timens ne à multitudine equitum dextrum cornu circumueheretur, celeriter externâ acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit. Et Pompeius eodem modo libr. 3. bell. ciuil. Cæsar cum Pompeij castris appropinquasset, ad hunc modum aciem ejus instructam animaduertit. Erant in sinistro cornu legiones duæ, traditæ à Cæsare ex Senatuconsulto initio dissensionis, quarum vna prima, altera tertia appellabatur, in eo loco ipse erat Pompejus. Mediâ aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Ciliciensis legio conjuncta cum cohortibus Hispanis, quas traductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant collocatæ. Has firmissimas se habere Pompejus existimabat. Reliquas inter mediâ cornuque interjecerat, numeroque cohortes centum decem expleuerat, hæc erant millia quinquaginta quinque. Euocato eorum circiter duo millia, quæ totâ acie disperferat. Frontinus lib. 2. cap. ait Pompejum secundum virtutem tujsque in cornibus, & in medio legiones collocasse, spacia interposita tironibus suppluisse. Fortissimos itaque primos esse voluit.

Pugnandi arma.

Cæsar fortis in prima acie.

In legione
centum se-
mul pu-
gnant.Duplex
acies.Quadrata
plex acies.Quadrata
acies.

§. 2. Considerandum id, in primis paucos esse, q in magno prælio pugnent, in legione centum duntaxat simul, nisi quod cum primi hastas jecissent, genua submitterent, alij jacularentur. Id quod maxime faciendum cum hostis numero superat, qui facile à paucis vinci potest, cum in locis angustis aut confragosis agitur. Quocirca paucos illos fortes esse oportet, ut cladem inferant. Acies verò Romana tum à multis, tum verò à Lipsio accuratè exhibetur. Acies, ut Lipsius non varia admodum apud Romanos: & fuit ferè aut Duplex, aut Triplex. Duplex cum tota acies in cornua duo secta, Dextrum ac læuum. Ea sepius obtinuit in exercitu Consulari: cum duæ legiones, & singulis sua auxilia adjuncta. Hanc sectionem certum est veterem esse, & alijs quoque gentibus usurpatam. Polyænus quidem eam refert ad Pana auctorem. Διονύσιος, inquit, ἔραθη ὁ δὲ πᾶν, ἔτ' ὁ πρῶτος τῶν δὲ ἑνὲ ἀνόμεναι Φάλαγγα, κέραι, ἐπὶ δὲ ἑξίον, καὶ λαγόν. ταύτη τοι ἄρα κεραιφόρον ἴον πᾶνα δημιουργεῖ: Dionysij siue Bacchi Dux fuit in militia Pan. Is primum reperit ordinem, nominavit phalangem, cornu instituit dextrum & læuum. Ex quo cornutum etiam Pana vulgò designant. Exempla aliquot ejus locationis apud Romanos quætere, & ponere, sit stillicidiū de situlā sumere: sexcenta sunt. Triplex est, cum præter cornua, alia etiam media exsurgit. Id quoque crebrum: non solum ubi plures legiones, sed & cum duæ: istis scilicet in medio positis, socijs ad vtrumque cornu. Res per se clara, & obuia exempla. Sed est & aliaratio Duplicis Triplicisq; aciei: cum præter simplicem illam diuisionem, à tergo etiam sectio fit, & discrimen. Ut si quatuor legiones habeam, duas in fronte cum socijs suis pono; totidem à tergo, velut in subsidij suppono. Idem in duabus quoque factum, & aut Ala vtraq; sociorum (siue cornu maius) præposita, subjunctis legionibus, aut contra. In Lilio rem vide, pugna in Annibalem Marcelli: Pugnatum amplius duabus horis est, cedere inde ab Romanis dextera Ala & Extram ordinarij cepere, quod ubi Marcellus vidit, duodevicesimam legionem in primam aciem inducit. Dum alij trepidè cedunt, alij segniter subeunt, turbata tota acies est. Iterum alio prælio idem Marcellus: Dni pugna neutro inclinata stetit, prima legioni tertia, dextera Ala sinistra subiit. Sed & de legionibus ipsis sic dispositis, exempla. In Lilio: Prætoris legiones in prima acie fuerunt, Cornelius suas in subsidij tenuit. Alibi: In primam aciem suas legiones Sempronius induxit; in subsidij locata P. Licinii legiones. Et plura. Has autem secundarias aut tertiarias legiones situe copias; subsidia aut subsidarias etiam vocabant. Idem Lilius: Cedenti duodecima legioni, qua in lauo cornu erat tertiā decimā legionem ex subsidij in primam aciem firmamentum ducit. Sallustius: ibi commutatis ordinibus, in dextro latere quod proximum hostibus erat, triplicibus subsidij aciem instruxit. Nectotæ semper legiones, sed cohortes aliquot sic substituit. Lilius: subsidarias cohortes, quæ integræ ad longioris pugnae casus reservabantur, in primam aciem exemplo emisit. Ad has posituras Tibulli isti versus faciunt ad Messallam: Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen. Rectus ut aquatis decurrat frontibus ordo: Seu libeat duplicem, seu iunctam cernere Martem, Dextraq; ut læuum teneat, dextrumq; sinistra Miles, sitq; duplex gemini victoria casus.

Facit variam pugnae faciem, ut appellat. Primo, Quadratam simplicem, fronte recta: Secundo, duplicem utroque cornu: Tertiò, junctam, quam capiebam Triplicem, aliā scilicet ad duas juncta, nam sic fiebat quod hic dicitur, ut dextra sua miles, qui in læuo est, sinistram medij aspiciat, sinistra sua, qui in dextro ejusdem medij dextram. Inspice, intelliges, sed remota

ratur aut potius reuocat, quod sequitur, sitque duplex gemini victoria casus. Ita enim non duplex, sed triplex è triplici acie victoria sit & casus. An junctam igitur intelligit, subjunctam & duplicatam de qua diximus: ut acies aciei sit supposita? Hoc opinor, & utrobique sanè dextrā suā sinistram appoliti cornu aspiciat, & contra. Nec mihi displiceat etiam scribi: duplicem sejunctam cernere Martem, ut duas modò posituras nominet, Quadratam simplicem, indiuisam: & hanc abjunctam, in duo cornua: facili ita sententia. Hæ præcipuæ sunt & receptæ Romanis instructiones: quas tamen leuiter variabant promouendo aut retrahendo. Quid velim, exempla docebunt. Plerumque enim æqualiter utroque cornu & simul concurrebant, quod Cato apud Festum dixit, Recta fronte: Tibullus in citatis versibus, æquatis frontibus. Et de eare Vegetius: una depugnatio est fronte longa, quadrato exercitu, sicut etiam nunc & propè semper solet prælium fieri.

Altera depugnatio obliqua, cum cornu ante cornu promouetur. Græci Τακτικὴ λόγῃ Φάλαγγ, ἢ τὸ μὲν κέραις ἑτέρον, ὁ δὲ ἑξέρον ἀντιπαραστήται, πάλσιον ἴων πολεμίων ἔχοντα, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀγῶνα ποιούμενη. τὸ δὲ ἑτέρον ἐν δόρυ καὶ δὲ ὑπόστολῃς ἔχοντα. Obliqua phalanx, qua alterum cornu, vtrumcunque prædictum fuerit, iuxta hostes magis admovent, & eo prælium facit, alterum autem abiungit. Vegetius de hoc genere: Secunda depugnatio est Obliqua, plurimum melior. Hujus talis est modus, cum instructæ acies ad congressum veniunt, tum tu sinistram alam tuam (cornu intelligit, & mox ita vocat) à dextra aduersarij longius separabis, ne vel missilia ad eam vel sagittæ pertineant: dextram autem alam tuam sinistræ illius alæ junge, & ibi primum inchoa prælium. Sed ipse à Dextera modò committi vult prælium, non æquè à sinistra, & damnat idèò, quòd, tunc, inquit, quasi mācus est impetus, & aperti cum difficultate aggrediuntur hostes. Benè monet, pro armatura veteri. Nam si cornu sinistram tuam promoues aduersus hostile dextrum, profectò latus nudum objicis hosti, qui missilibus aut sagittis à sinistro suo tuto petet. Hoc est quod ait, apertos aggredi tunc hostem: quia scuta nempe in sinistris. Qui aliam causam quaesivit, & ad infirmitatem sinistrarum partium retulit, nā ille Vegetium aut rem non cepit. Pro hac ratione Cæsar in Ariouistum pugnavit, & cum triplicem aciem instruxisset, tamen à dextro cornu (ejus verba sunt) quòd eam partem hostium minimè firmam esse animaduertat, prælium commisit. Tertium genus, cum in triplici acie, tertiam & mediam amoues ab hoste, & cornua modò impingitis. Seneca tangit: Quemadmodum idem exercitus modò latius panditur, modò in angustum toarctatur, & aut in cornua sinuta media parte curuatur, aut recta fronte explicatur. Scipio usurpauit in Hispania, qui cum aliquot diebus obseruasset, sic structam hostium aciem, ut optimi in medio essent, infirmiores in alis: ipse contra instruxit, & auxilia in medio posuit; ciues & quod roboris erat, in alis. Vbi igitur (ait Lilius) jam incipiendæ pugnae tempus erat, Hispanos (ea media acies erat) presso gradu incedere jubet, ipse è dextro cornu nuntium ad Silanum & Martium mittit, ut cornu extenderent in sinistra parte, quemadmodum se tendentem à dextra vidissent, & cum expeditis pedum equitumque prius pugnam confererent, quam coire inter se mediæ acies possent. Ita diductis cornibus sinus in medio erat, quia segniores Hispanorum signa incedebant. Hæc prouisio & instructio certam victoriam dedit, cum firmissimi cum infirmis concurrerent, & alij dum suum hostem expectant, in medio manent, otiosi denique alienā

alienâ fugâ, & clade consternati. Quartum genus, huic aduersum, cum scilicet ipsa media acies prominet & incurrit prima in hostem. Græci ἐπικαμπῆς, flexum dicunt, huc etiam *κρητὸν gibberum*. Alianus: *Ἐπικαμπῆς ὁ ἀγχιπύριος, ἐπὶ τῇ μέσῃ τοῖς πολεμικοῖς ποταμῶν, ἢ τῇ μέσῃ ἐν τῶν ὀπίσσω μετὰ τὸν ὄψιν ὀφθαλμῶν ἐκ τῆς ἀγχιπύριος*. Flexa instructio dicitur, cum media hostibus incidunt, cornua autem retrò recta habet collocata. Hac Annibal in pugnâ Cannensifcissimè est usus: sed cum eâ quoque arte, vt cornua robustissima haberet, & integra seruetur, & medijs deniq; pulsis, sinu facto immitteret ea vtrinq; legionibus, victoriæ suæ certam causam. Quàm vtiliter talia nostri Duces meditentur & vsurpent? & paullatim credo facturos, vt ingenia & institutionem quorundam video, qui succrescunt.

§. 3. Hæc acies ergo in cornua diuidi solita fuit, cum essent duæ legiones, & auxilia, quæ cornua obtinebant extrema.

§. 4. Aliquando duæ legiones in fronte cum fortiss, dum à tergo positæ, ita Lilius lib. 27.

§. 5. Aliquando est acies lunata cornibus prominentibus vtrinq; quibus illa Scipionis.

Hac in acie obliquatio probatur à Vegetio, vt sinistrum cornu prius depugnet, sic enim fortius insurget, & minus apertum erit.

§. 6. Huic aduersa cum cornua auersa sunt, & media procurunt.

Hannibal ita Romanos vicit ad Cannas, sed cum ante equestri prælio vicisset. Lili. l. 22. Sub equestris finè certaminis coorta est peditū pugna, primo & viribus & animis cōstabant ordines Gallis, Hispanisq; ; tandem Romani diu, ac sæpè consilio agitabant, qua fronte acieq; densa impellerent hostium cuneum nimis tenuem, eoque parum validum, à cæteris prominentem acie, impulsis deinde ac trepidè referentibus pedem insistere ac tenore vno per præceps pauore fugientium agmen in mediam primum aciem illati, postremò nullo resistente ad subsidia Astorum peruenierunt: qui vtrinq; reductis alis constiterant, medijsq; Galli, Hispanique steterunt, aliquantum pminente acie: qui cuneus, vt pulsus æquauit frontem primum, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit, Asti circa jam cornua fecerant: irruentibusq; incautè in medium Romanis circumdedit alas: mox cornua extendendo, clausè & ab tergo hostes. Hinc Romani defuncti ne quicq; prælio vno, amissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, etiam aduersus Astos integram pugnam ineunt; non tantum eo inquam, quod inclusi aduersus circumfusus, sed etiam quod fessi cum recentibus à Vegetis pugnabant.

§. 7. Subsidiorum olim magna ratio fuit. Vegetius lib. 3. c. 17. Sed optima ratio est, & ad victoriam plurimum confert, vt lectissimos de peditibus, & equitibus, cum vicariis, comitibus, tribunisq; vacantibus, habeat Dux post aciem (in subsidio) preparatos: alios circa cornua, alios circa medium, & sicubi hostis vehementius insitit, ne rumpatur acies, prouolent subito, & suppleant loca: additq; virtute inimicorum audaciam frangant. Hoc primi Lacones inueniunt: imitati sunt Carthaginenses; Romani postea ubiq; seruauerunt. Hac dispositione nulla melior inuenitur. Nam directæ acies hoc solum agere debet, si potest, vt hostem repellat, aut fundat. Si cuneus sit agendus, aut forfex, superfluos habere debes post aciem, de quibus cuneum aut forficem facias. Si ducenda sit ferra, item ex abundantibus ducetur: nam si de loco suo ordinatum militem transferre cæperis, vniuersa turbabis. Si globus hostium separatus, aut alam tuam, aut partem aliquam vrgere cæperit, nisi superfluos habeas, quos contra globum posui opponere, siue pedites, siue equites de acie tuleris, dum alia vis defendere, alia periculosius denudabis. Quod si

bellatorum tibi copia non abundat, melius est aciem habere breuiorem, dummodò in subsidio colloces plurimos. Nam circa media partes campi, ex peditibus bene armatis debes habere lectissimos, de quibus cuneum facias, & statim aciem hostium rumpas. Circa cornua autem, de contatis, loricatisque equitibus ad hoc seruatis & leui armatura peditum, alas hostium circumuenire te conuenit. Galli initio impetus plurius quam viriles, deinde languentes, minus quam fœminarum habebant, quia sine ordine & disciplina, totum in primum conatum contulere, quo destituti animis cecidere. Imò plerique hostium; bella impetu valida per moras euanescent.

§. 8. Acie instruenda summa cura esse debet, nam vt lapides temerè congesti aquam non continent, nec murum efficiunt, ita nec viri fortissimi sustinere impetum hostilem queunt, nisi optimè ordinentur. Itaq; prudentissimus Græcorum Nestor aciem ordinat, Iliad. 4. Pyrrhus ea arte excelluit; Scipioni primas Hannibal tribuit. Hinc Reges dicti *ἀνὸν κομήτοες* ordinatores.

§. 9. Priorem instrui aciem iubent. Quia plus animi videtur, & quia commodius potes. Ego cum castra munita sunt, aut cum ad pugnam cogi non potes, aliter sentio. Vt posterior instruas. Nam hostilem ordinem vides, quod magnum est commodum, & cile armatus te expectare cogitur. Animos tuis addes, si putent te prudenter instituisse, etiam quod hostis sequatur, si lætus sis; attendendum an aduersarius celer, & temerarius sit, tum enim facile vincuntur, quod minus ille potest, qui prior in acie stat. Qui prior in acie consistit, cum regredi facile non possit, alium expectare cogitur, Haldubal cum ieiunum exercitum eduxisset, Scipio suis præcepit, vt quiescerent, cibum caperent; hora septima cum hostis incedia, siti, fatigatione castra repeteret, copias eduxit, & vicit.

§. 10. Multum refert, quâ parte pugnam aggrediari. Scipio cum in dextro cornu Hispanos, Hanno in sinistro Africanos; cornu sinistrum aggressus est, victisque Afris, Hispanos pro aliena dominatione pugnantes in deditioem accepit. Philippus cum Illyriorum frontem robustam, cornua infirma vidisset, ea aggressus, profugauit. Periculosus Permenes Thebanus, qui cum in dextro Persarum cornu fortissimos videret, ipse in suo opposito sinistro infirmos posuit, & fugere iussit, dextro autem suo cornu inuasit sinistrum hostium, & vicit; nam qui in suo sinistro erant, iussit in loca contragosa se conferre. Qui autem secundo loco struit aciem; eligit, qua parte oppugnet, & quos quibus opponat. Acie itaque ratio constitui non potest, multo minus eadem semper spacia; sed ex usu, & eo quod hostis facit, aut commodo suo facere potest, disponenda. Scipio cum videret Hannibali esse octoginta Elephantos, ordines raros constituit, & magnis intervallis, vt belluas excipere sine noxâ, & frustrari posset. Sulla, cum curribus abundaret Archelaus, palos defixit, vt hærent. Ordines laxos fecit, & pereos equites emisit, qui aciem turbarent.

§. 11. Interdum præstat ordinare aciem primo loco, vt terror injiciatur, sed id locum non habet, nisi contra insuetos, ita Turcæ cum classe contra Joannem Austriacum essent militaturi, persuadebant sibi, Christianos mox ubi viderent classem, fugituros, alioqui optimum est videre, quid hostis agat, vt obstacula ponas. Eodem modo Metellus Pius, cum æstuante die Herculeius vallo ejus militem admo- uisset, suos ad sextam vsque continuit, deinde fatigatos æstu vicit.